

giam incumbit, quod ingrediar DEO
 volente post mensem. Nunc enim
 sum in excudenda doctrina Theori-
 ca 4. libris comprehensâ, quorum
 primus, post Sphæricam ordine
 quartus, est Physica cœlestis. Unus
 author plus in scribendo laboris su-
 stineo omnibus lectoribus in unum
 collati operis: unus etiam plus gau-
 dii exhaurio cæteris omnibus, qui
 legent. Vale. Lincii 1620. 29. Au-
 gusti.

J. Kepplerus Matthiæ Berneggero
 S. P. D.

DE meo itinere ex comite Grin-
 galleto rescisces. De causa itine-
 ris adhucdum ille nescit, utinam ne
 quid resciscat in transitu Wirtember-
 giæ, melius mecum ageretur. Tibi a-
 liquid aperiam: Eo visum, quodnam
 faciam exordium vitæ meæ descri-
 bendæ, quod tu à me petisti, quod se-
 dignum